

471.

1261 d. 1 Maj.

Ärke-Bisk. LARS I:s i Upsala Bref till Presterskapet med förbud att låta dem vid Påsk begå Herrans H. Nattvard, som icke före den tiden betalt sin Kyrko-, Biskops- och Fattigtionde.

A. 3. a. 1: 7.

Uniuersis presentes litteras inspecturis uel auditoris. Frater. L. misericordie diuina vpsalensis archiepiscopus. salutem in domino sempiternam. Cum corpus humanum. Longe quibuslibet rebus temporalibus preferatur & ex ipsis corporibus humanis certa domino decima debeatur. ipso attestante qui ait. Qui non decimat decimabiliter. multo forcius de quibuslibet rebus aliis Jure diuino dari debet decima vnde scriptum est Inferte decimam in horrea mea. Cum igitur decime iure diuino ut dictum est ecclesiis debeantur uobis sacerdotibus in uirtute obediencie districte precipiendo mandamus. facientes super hoc statutum generale ut qui decimam ecclesie sue uel nostram uel eciam ecclesie vpsaliensi que prius decima pauperum appellabatur wlgariter ante sanctum pascha annis singulis non fecerit. In pascha domini nisi in mortis articulo fuerit communicare minime presumatis. Datum anno domini. M^o.CC^o.LX^o.I^o. kal. Maij.

Sigillet finnes väl bibehållet.

472.

1261 d. 9 Jun.

SVANTEPOLKS Fru, BENEDICTA SUNESDOTTERS, gåfvobref på Nosetorp, Methistorp och Ekeryd i Adellöfs socken till Alvastra kloster.

A. 3. v: 3.

Vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris quibus presens scriptum innotuerit. B. domini Svnonis quondam filia Ut gestarum rerum noticia immobilis semper uigeat litterarum testimonio & testium fidelium assertione Nouerint igitur tam presentes quam posteri quod inspirante nobis diuina gratia pro salute ac remedio anime nostre bona quedam nostra in Athelef in agris. pratis. pascuis nemoribus et piscationibus cum omnibus attinentiis suis, tam nosethorp et methistorp et eskiryth consentiente dilecto marito nostro & heredibus nostris. fratribus Deo seruientibus in Aluastrum in subsidium contulimus & levamen. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo dilecti mariti nostri fecimus roborari. Quicumque igitur iam dictam donacionem reuocare conatus fuerit ipsius Dei et beate Marie virginis indignationem se noverit incursum. Datum Anno dominice incarnationis M.CC.LXI. Primi & feliciani Martirum.

Brefvet är illa medfaret. Sigillen äro dock begge qvar, fast mycket skadade. Några få ord, som funnits i ÖRNHJELMS tid men, som med tiden gått förlorade, äro hämtade ur D. a. 7: 987.